



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

58. C. Bern. intendit securitati patriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

terro die, qui anniversarius erat electionis 1664.
sua, solennitate festiva peracto, *Viennâ* disce-
dit. Abeuntem in terris hæreditariis *Cæsar Excipi-*
pro dignitate habet. *Erphordia* Mogunti-
nus Elector adventantem præstolatus, *ma-*
gnificè excepit, deduxit, eduxitque; & actis
iterum gratiis, quod concurrente amici Prin-
cipis consilio, auxilioque Civitate vel ita po-
tiretur, inter amplexus ab invicem discessere.

Indè *Corbeiam* profectus, sub Decembrem
feliciter *Monasterium* revertit. Quando
Ottoni Henrico *Korff* condicte *Smising* Præ-
posito, mense nuper Octobri, in arce *Luding-*
husanâ, præmaturè extincto, *Guilielmus Ba-*
ro Furstenbergius plurium *Canonicorum*
suffragio surrogatus in æde Cathedrali Neo-
Præpositus salutabatur.

1665.

Annus nunc ingredimur, cujus initium 57.
terrori, finis stupori fuit Orbi Europæo. Id *Cometa*
Cometes incussit per eos dies visus; hoc bel-
visus.
lum creavit, unus quod *Episcopus, Batavo-*
rum *Reip.* tam potenti inferre vindex, ausus
fuit; temeritatis an prudentiæ notâ dignior,
uti pro suo multi affectu variè arbitrati sunt,
ego postquam causas, eventaque narravero,
æqui *Lectoris* iudicio relinquam.

58.

Antè oculos *Christophori Bernardi* conti-
nuè versabatur nupera expugnatio areis *Dyle-*
riane, & litteræ *Batavotum*, quæ contra *Tur-*
cas proficiscentem anno proximè lapsa secu-
tati pa-
ta, tria.

1665. ta, quindecies centena millia florenorum deposcebant, ac severam in solutio curam brevi, executionem minabantur. Id impetretatus belli causam, indubiè secuturi, quando voluntati opportunitas sola præsto esset sollicitus identidem animo volubatur, tandem viâ se, subditosque suos eximio periculo, redderetque securitati. Et quam læsum à Batavis Imperium indignè ferentes, Principum plerique, vindictam ferabant; quod tamen auxiliorum inde cultatem, & facilem animorum mutationem expertus sciret, nihil ab iis sperare voluit, præsertim tempestate, quâ plures commotus Batavorum intentos, & Cæsarem bello Turcico fatigatum non ignorabat. Aliâ tur excutienda quercus fuit.

59. Jam dudum, nec semel decreverant *Circulorum* redintegrationem Ordines Imperii. Id tametsi Westphalia præ cæteris ferè tangebatur, non una parte mutilatam; quorumcunque tamen conatuum hæcenus remanuerat *Controversia Juliacensis*. Ab anno quippe nono præsentis seculi, quo vixit *Joannes Guilielmus* ex linea *Marcana* postremus *Julix, Clivix & Montium Dux*, cura *Directorij* soli ferè *Episcopo Monasteriensi* incubuit. Nam etsi *Con-Director* erat *Julix* Princeps, & esse isto nomine præcedebat *Dux Palatino-Neeburgicus*, tanquam *Ducatus* illius

Laborat de redintegratione Circulo.

Ejusq; Directorio.